Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

si essentia species est sicut homo. sic est una essentia sicut unus homo. An sicut di
cimus aliquos tres homines eiusdem secundum eiusdem repartionis corpis eiusdemque
animi unam naturam esse tres enim sunt homines sed una natura. sic etiam ibi
dicimus tres substantias unam essentiam aut tres personas unam sub
stantiam vel essentiam. Hoc autem utrumque simile est. quia et uetere sed quia latine
locuti sunt antea quam haberent ista nomina quae non diu sunt ut in usum uene
runt idest essentiam vel substantiam. pro his naturam dicebant. Non tamen
secundum genus et species ista dicimus. sed quasi secundum communem eandemque
materiem. sicut ex eodem auro si fierent tres statuae diceremus tres
statuas unum aurum. nec tamen genus diceremus aurum species autem statuas.
nec aurum speciem statuas sed indiuiduas. Nulla quippe species indi
uiduas suas transgreditur ut aliquid extra comprehendat. Cum enim de
finiero quid sit homo quod est nomen speciale singuli quique homines quod sunt indiui
duas eadem definitione continentur. nec aliquid ad eam pertinet quod homo
non sit. Cum autem aurum definiero non solae statuae si aureae fuerint sed et
anuli et siquid aliud de auro fuerit ad aurum pertinebit et si mich
ide fiat aurum dicitur. quia etiam si non sint aureae non idem non erit statuae. Ita
nulla species excedit definitionem generis sui. Cum enim definiero animal
quod genus huius speciei est equus. omnis equus animal est. non autem statua
omnis aurum est. et idem quoniam [illegible] in [illegible] statuis aureis recte dicamus tres
statuas unum aurum. non tamen ita dicimus ut genus aurum statuas
sed species intellegamus. Haec sic quoque trinitatem dicimus tres personas vel sub
stantias unam essentiam et unum [illegible] dum tamen ex una materia ita quidem
subsistant etiam si quidquid illud est in his [illegible] explicatum sit. Non enim aliquid
aliud est essentiae preter istam essentiam. Tam tres personas eidem
essentiae vel tres personas unam essentiam dicimus. tres autem personas ex eadem
essentia non dicimus quasi aliud ibi sit quod essentia est aliud quod persona. sic